

1553.

4.

15

DEO TER OPTIMO MAX. Auspice!

DISPUTATIO JURIDICA

De

APOCHIS,

Quam

Magnifico Jctorum Collegio approbante, sub
presidio

VIRI

Magnifici, Nobilissimi, atq; Amplissimi

Dni. CASPARIS ZIEGLERI,

J. U. D. & Antecessoris in hac Academia famigera-
tissimi, Sereniss: ac Potentissimi Electoris Sax. Consilarii,
Facultatis Juridicæ Ordinarii, nec non p. t. Decani,
Curia provinc. Consistorii Eceles. & Scabinatus
Assessoris gravissimi, dignissimi,

Dni. Patroni, ac Preceptoris sui plurimum observandi,
Publico eruditorum examini submittet

Autor

Gottfried Hillmann Notar: Publ: Cæsar:

Camentio-Lusat:

In Athenæo Jctorum,

Ad Novembr: Anno M. DC. LXVII.

WITTEBERGÆ,

In Officina FINGELIANA excudebat MICHAEL MEYER,





Quod DELIS benè vertat!

Thef. I.

SI paulò attentioris animi ad eorum cognitionem, quæ quotidiè occurrunt, esse jubemur *l. 25. in pr. ff. de liberat. legat.* nullus dubito, quin operam meam locaturus sim optimè, si de Securitate Debitorum, id quod æqvè in foro frequentissimum, quàm humanæ societati utilissimum, adjuvante divinâ Gratiâ, ingenii mei viribus differere suscipiam. Dicitur itaqve APOCHA, vel, ut quidam volunt, APODISSA, græc. ἀπόδειξις, ἀπὸ τῆς ἀπέχειν, à recipere, quia, cum à debitorē creditor recepit debitum, hæc in securitatem traditur, & propterea eleganter dicitur à græcis ἀνεξιμμία, uti passim in novell: & libris βασιλικῶν habetur, quia nempe ab omni curâ liberum reddit debitorem. SUSCEPTA dicitur *Novell. Just. 72.* in præfat. RECEPTA *l. 13. C. de solut.* quia creditor per eam se suscepisse debitum suum testatur. RECAUTA appellatur *Nov. 130.* ubi *Conr. Rittershusius* observat, CAUTA & RECAUTA sibi invicem opponi, illa denotari Syngrapha, hæc verò Apochas. QUIETATIONEM & QUITTANTIAM vocant eam nostræ ætatis Jcti, quos omnes recensere ex re nostrâ non erit. Sufficiet eorum Antesignanus dignissimus, Benedictus Carpozovius p. m. Vir ille, cui falces submitunt omnes, tanquam LL. Saxonicarum interpretatori dexterrimo, qui in aureis suis scriptis hæc voce passim usus est. Et sortitur hanc appellationem propterea, quoniam debitorem eâ ipsâ quietum ac securum efficimus. Germanico idiomate audit etne *Quittung* / ac ortum suum trahit à *Quitt* / quod in vernaculâ nostrâ idem est ac *frey und ledig* *Wernerus obs. lit. Q. b. v.* Nec absolum erit, etiamsi natales petamus à Gallis, *Quitter* iis idem est ac liberare, à quibusdam enim nostratium vocatur etiam propterea *schedula liberatoria* *Bornit. de fide Instrum. lib. 3. c. 15.*

A 2

Thef

Thef. II. Acceptio vocabuli APOCHÆ quamvis diversimodè sumatur, ubiq; tamen, quantum mihi videre licuit, professionem solutionis, atqve liberationem ab obligatione & contractu significat; sive ille sit $\mu\epsilon\nu\acute{o}\pi\lambda\alpha\epsilon\theta\iota$, sive $\delta\acute{\upsilon}\pi\lambda\alpha\epsilon\theta\iota$, sive obligatio sit naturalis sive civilis. Quamvis etiam confessio facta fuerit à SUSCEPTORE, qui annonis & tributis utriusque ararii recipiendis occupatur *l. 5. ff. de Censur.* ab OFFICIALI vel EXACTORE. *C. de apoch. publ.* à PRÆPOSITO vel ARCAI, qui super iis, quæ in arcam præfect: præ: inferuntur constituti sunt *Cujac: ad tit. C. de Suscept. l. 9. §. 2. ff. de Muner.* Hic referre licet quoque triplices illas appellationes, quarum mentionem facit *Cujac: in prin. C. de divers. temp. præsc.*, ejusdem enim sunt significationis. Quod verò acceptilationem quoque Apocham nominet, nimis durum, non dicam incongruum, videtur, quoniam differentia earum nullis non patet.

Thef. III. Definitur APOCHA, quod sit scriptura, quæ mediante creditor solutionem sibi factam à debitore confitetur, eundemq; ab omni ulteriori obligatione liberat. In quâ significatione distinguitur à Chirographo, quo debitor, quid, quantum & ex quâ causâ creditori suo debeat, confitetur. Distinguitur etiam ab Antapocha, quæ est confessio solutæ pecuniæ, sed datur hæc creditori à Debitore *l. 19. C. de fide Instrum.* Magnif. Dominus Brunnemann. *ad d. l. Apocha solventi, Antapocha recipienti datur Godofred. in not. ad l. fin. §. 2. ff. de condiët. indeb.*

Thef. IV. Generis loco posuimus *Scripturam*, ubi non præter mittendum, quod DD. nondum certò conveniant, anne Apocha Instrumentum vocari possit nec ne. Affirmativam qui tuentur moti sunt forsan Instrumenti etymologiâ, quia apochâ æqvè ac instrumento publico, & iudex & partes instruuntur. Suffragatur ipsis quoque *l. 5. c. de probat: in quâ dicitur, quod domestica Instrumenta sine aliis adminiculis ad probationem plenam inducendam non sufficiant, ac illis verbis (domestica instrumenta) intelligit Imper. privatas scripturas, Publica enim absque dubio sufficerent. Accedunt porrò aliarum legum verba *v. g. l. 21. ad leg. Corn: de fals. in conscribendis publicis privatisq; instrumentis. l. 20. C. de fide Instrum. ex chirographariis, aliisque**

liisqve Instrumentis. quæ non sunt publicè confecta. *l. 17. C. si cert. petatur*, super chirographariis Instrumentis. A partibus negantium qui stant, allegant sequentes legum textûs *l. 1. C. de jurejur.* propter calumn. dand. ubi separatim loquitur Imperator de Instrumentis publicis, & scripturis privatis: signum est ergò evidens, quod inter se sint diversa, nec unum alterius appellatione ubiq; comprehendatur. (2) *l. 11. C. qui potior. in pign.* ubi expressè constituitur differentia inter scripturam & instrumentum publicum. Essent adhuc alia loca quàm plurima, quæ qualis differentia inter scripturam & Instrumentum sit, nos edocent, at ob chartæ angustias ea præteribimus. Huic ultimæ verò sententiæ calculam nostrum adjicimus, partim ob allegatos text. partim ob propriissimum loquendi modum, quem confirmat Zœsius *in com. ad ff. tit. de fide Instrum. n. 2.* his verbis: *Apocha* rectius appellatur *schedula*, seu *scriptura*, quàm *instrumentum*. Et *Carp2. in proc. tit. 14. d. 1. n. 22.* asserit privatam scripturam propriè non posse nuncupari *Instrumentum*, etiamsi sub communi *Instrumentorum* appellatione *Apoche* aliæque privatæ scripturæ veniant.

Thef. V. Genus ergò definitionis proximum scriptura est, quâ innuitur ad substantiam ejus requiri scriptionem *tot. tit. ff. de fide instrum.* Nec obstat, quod liberatio debiti à creditore facta, possit non per juramentum solum *l. 27. ff. de jurejur.*: verùm etiam per testes probari. *Freyher: in tractat. de solut. memb. 2. n. 19.* Imò quod idem efficere possimus per redditionem chirographi *l. 2. §. 1. de pact.* Magnif Dominus *Struve* famigeratissimus *ICtus & PP.* in almâ *Salanâ*, præceptor quondam meus fidelis. *Exerc. 47. n. 76.* Respondetur enim ad ea, quod disting. sit inter liberationem ipsam, & inter modum comprobandi. Non negamus, quod creditor debitorem suum, etiam coram testibus, ratione debiti liberare possit, & maximè in eo casu, si creditor literarum sit ignarus. Quâ ratione verò illam solutionem, imprimis si testes sint mortui, probare posset non video. Hic notandum venit & hoc, quod, si debitum aliquod in chirographum sit redactum, seu instrumentum super eo confectum, so-

lucio quoque ejus à debitore eam allegante probari debeat per scripturam i. e. apocham.

Thef. VI. Dividitur Apocha, (1) in PLENARIAM totius nempe debiti, & PARTICULAREM partis tantum cujusdam solutæ confessionem (2) in PUBLICAM vel PRIVATAM, Publica est vel MERE TALIS, vel QVASI à Notario nempe confecta vel FORENSIS. De Plenaria ut multum dicam operæ precium non est, quoniam ea omnia, quæ in sequenti discursu, de diversis apocharum speciebus dicentur, intelligenda erunt de illâ (von der Quittung über die Haupt Summa)

Thef. VII. Partialis est, quæ parte tantum debiti solutâ datur, quæ solutio verò minimè potest fieri creditore invito. *l. 3. fam. ercis. l. 41. §. 1. de Usuris Carpz. p. 2. c. 28. d. 13.* modo pars debiti non fuerit illiquida, vel diversæ summæ debeantur *l. fin. q. m. pig. solv.* vel tempore belli factus aliquis sit debitor: Nā ob bellicas calamitates particularis solutio debitori concessa est *novissima Imperii constitutione Anno 1654. §. Nach dem auch &c.* præter hos casus non fieri potest solutio particulatim, quia multa habet incommoda *l. 13. ff. de famil. ercis.* Non obstantibus Decio & Alciato, qui creditorem cogi posse, ut massam debiti patiatur dividi asserunt: textus enim *l. 21. ff. de reb. cred.* quo commoti à communi DD. opinione recesserunt, consensum creditoris non excludit *Bronch. cent. 2. assert. 17. Enant:* Nec procedit argumentum à Correlativis quod nectunt contradicentes *arg. l. 17. §. duobus ff. commodati.* Creditorem nempe ab invito etiam debitore partem debiti posse petere, Ergò licere debitori particulatim solvere. Sed ad nostram divisionem!

Thef. VIII. Apocha publica, à personis publicis nempe dicta, est professio soluti debiti, seu tributi. Debet hæc in se continere, secundum text. *l. 1. de Apoch. publ.* nomen solventis, diem, mensis nomen Consulis, ex quâ causâ solvatur, & summam seu quantitatem soluti, ut quid solutum sit manifestò appareat, Hodie verò debitoris tamen, & actoris nomen, annus, & dies. nec non causa requiritur. Brunnem: *ad d. l.* Et singulare est ejusmodi Apochis, quod non admittant Exceptionem non numeratæ

merata pecuniæ, Klock. *de Contrib. c. 20. n. 377.* quia non præsumitur Officialis, prius liberasse Debitorem, quam accepit tributum *l. ult. b. t.* Notandum quoque; & hoc est, quod per Apochas trium cohærentium annorum, de antecedentibus quoque solutum esse, probare liceat text: *l. 3. b. t.* ad quod tamen annorum continuïtas requiritur, Perez. *ad d. t. de publ. Apoch.* Sed si debitor per aliquot annos solverit minores census, eamque solutionem apochis à creditore acceptis probare possit, quæritur, an majores census solvere & id quod iis deficit, supplere teneatur, & cum non teneri statuo cum Berlich: *p. 2. c. 5. n. 13.* triennium tamen haud sufficit; sed longum tempus requiritur. Carpz *p. 2. C. d. 5.*

Thef. IX: Apocha quasi publica est, quæ à Notario personâ nempe publica, à partibus ad id rogato conficitur. hæc si secundum requisita maximè necessaria, quæ à Zoefio comment. ad tit. ff. de fide Instrum. recensentur, conscribitur, non minorem fidem habet, quam Acta ipsius Judicis. Notarii n. habentur iudices in causis coram se tractatis, eamque Jurisdictionem ab Imperatore habent concessam. *Maxim. I. Recess. Imperii de anno 1530.* Andreas Gail *lib. 1. observ. 1. n. 13.* Ea omnia super quibus rogatus Notarius instrumentum publicum fecit, plenè probant, dato etiam, quod omnes essent mortui Carpz. *p. 3. Const. 3. d. 37.* Atque id non modo quia præsumtio pro ipsis tanquam viris bonis militat; sed ob præstitum quoque juramentum Anton. Faber *in Cod. lib. 6. t. 5.* Phil. Decius *Conf. 42. n. 5.* Matth. Wesenb. *p. 3. conf. Köppen Decif. 64. n. 2. Const. 3. d. 37.* Quoniam itaque; tanta est Notariorum autoritatis facili negotio refutari possunt osiores illi, qui ad eorum autoritatem infringendam, instrumentisque fidem derogandam objiciunt: adeò vile officium eorum haberi, ut infami ad illud consequendum sperare liceat glossa *l. universos ff. de Decur:* sed sciant isti detrectatores: illos, qui olim hoc nomine appellati sunt, omni juris & legum cognitione ignaros fuisse, & à notis, ac characteribus, quos volante calamo excipere potuerunt, tantum fuisse denominatos; qui verò apud nos hoc titulo gaudent, non assequuntur illum;

lum, nisi prævio examine erudito. Plura de hoc dicere non spe-
rat ad præsens.

Thef. X. Judicialis, sive forensis Quittantia, quæ nempe
in foro, vel à Judice robur suum accipit, duplex est. Primæ spe-
ciei est, si creditor cum debitore coram Judice vel Magistratu
apparet, ibidemq; non tantum confitetur, sibi à debitore solu-
tum & satisfactum esse ratione ejus, cujus gratia sibi antea de-
bitor erat obligatus, sed judicem quoque rogat ut judicialem
quietationem conficiat. Idque fit hanc ob causam, quia ritè,
justè & verè censentur confecta, quæ coram judice seu Magi-
stratu peracta sunt, siquidem hujus autoritas omnem defectum
supplet. *l. omnem 19. C. de testam.* omnemq; fraudis, & læsionis
præsumtionem excludit *cap. in presentia 6. extr. de renunciat. l.*
12. C. de pactis Carpz. *in processu tit. 14. art. 5. n. 34.* Nec datur
deinde in ejusmodi apochis juratæ diffessionis locus. *idem art.*
3. n. 48. Eliguntur verò tales conficiendæ apochæ in causis
communem utilitatem concernentibus, & quæ sunt magni
momenti; quippe ubi de magno agitur præjudicio, magna cau-
telâ & provisione quoque opus est Brunnem: *ad l. ult. C. si cer-*
tum pet. Et quamvis judex ille aliàs minimè sit competens,
conventionem tamen partium, si hunc ad actum eligitur, rejici
deindè non potest, quod coram ipso fuerit gestum.

Thef. XI. Dubium est: an coram solo judice remotis scabi-
binis hæc judicialis apocha possit perfici? Et statuimus quod
maximè possit, præprimis si sit actus voluntariæ Jurisdictionis
atq; fiat neutrà parte invitâ: si enim semel consenserunt, non
habent quod postea objicere possint, cum contradicendo potu-
issent hoc impedire Guntzel, *ad reg. 7. 142.* Dynus *ad c. 44. de R.*
7. in 6. Nec semper requiritur scabinorum præsentia & solen-
nis Judicii ordinatio, quoniam Testamenti insinuatio coram
solo judice fieri potest Carpz. *p. 3. c. 3. d. 13.* Hartm. Pist. *p. 3. q. 27*
quam assertionem licet ei Sigism. Finckelthuf. contradicat *obs.*
63. rationibus tamen & præjudiciis optimè defendit nunquam
satis laudatus Carpz. *Resp. 12. lib. 9.* Nam Judex principalior
persona est in exercitio Juris dictionis justitiæque administra-
tione,

tionem. Ille est quasi lapis angularis & fundamentum iudicii Vanc.
de nullit. Rubric. ex defect. Jurisd. n. 2. Atque solius iudicis au-
toritas pro tribunali sedentis, cessare facit omnem fraudis su-
spicionem, obquam alios actus hominum legales non nisi testi-
bus presentibus, aliisque observatis solennitatibus subsistunt.
Jacob. Menoch. *Vol 1. Conf. 73. n. 20.*

Thef. XII. Ad perfectionem hujus APOCHÆ anne Ma-
gistræ sigillum unâ cum subscriptione conjunctim requiratur
quæri posset. quod utrumq; adhibendum sit suadere videtur il-
lud, duo vincula fortius ligare, quàm unum *l. re conjuncti ff. de
Legat. 3. §. sed hodiè Instit. de Adopt.* Nec absq; ratione: ex ap-
posito sigillo enim nihil dolosè, & in fraudem fuisse factum ap-
paret *l. 2. Cod. de reb. alienis Menoch. 2. præfat. 57. n. 7.* ex impres-
sione signi confirmatio instrumenti præsumitur *l. 26. §. 1. ff. de
pign.* Et subscriptio arguit eorum, quæ in scripturâ continen-
tur, approbationem; Sed stylus cujusque curiæ hoc in casu at-
tendendus, nec uno omisso scripturæ valor statim minuitur
Mascard. *conc. 975.* ubi multis deducit in publicis instrumen-
tis si sigillum sit appositum subscriptionem non esse necessa-
riam; quæ tamen si accedat, conjecturam, quod sigillum non
forsan furtim sit appositum, adimit, & quod contenta iudici
innotuerint Schurff. *cent. 1. Conf. 17. Cöppen. decis. 46. n. 43.
Tusch. conc. 767. n. 11.*

Thef. XIII. Altera species forensis APOCHÆ hæc est, quan-
do hæc in privato loco eque scribitur, scripta deindè vel ab
utraque parte, vel ab unâ tantum, iudici affertur, ut, ad mayo-
rem validitatem conciliandam, eam aut publico sigillo confir-
met, aut in archivum reponat. Privata hæc scriptura novam qua-
si naturam tunc demum induit. Confirmata à iudice fidem fa-
cit plenam *l. 4. §. si igitur C. de recept. arbit.* Ex archivo prolata
ejusdem quoque est efficacix *l. 6. C. de re judic.* Gesta quæ sunt
in publica monumenta translata perpetuam habent firmita-
tem, quoniam morte cognitoris non perit publica fides *l. 1. C. de
Emanc. lib. Tusch. in verbo acta Jud. conc. 80.* & APOCHÆ ex pu-
blicâ, arcâ sive archivo depromptæ publicum habent testimo-
nium

B

nium

nium *Nov. 49. c. 2.* Ad hanc speciem referri potest quoque hic casus: quando accepta pecunia creditor renuit dare apocham, nec causam dissensionis suae allegat, quod debitor Judicem de solutione certiozem reddere, ita ut Creditorem ad subscribendam apocham citet, ac ipso emanante apocham, sua manu conscriptam confirmet, maxime valeat. Non obstante: quod omnes tangit ab omnibus est approbandum. Haec enim mora creditoris facile possit esse nociva debitori, contra *l. in condemnationem 173. §. 2. ff. de R. J. C. mora 25. eod. in 6.* Et spectat hoc negotium ad magistratum, qui curam agit, ut pater patriae *c. apostolus §. sustinemus, de censibus.* Andr. Rauchbart *l. 3. q. 15.* Waremund ab Ehrenberg *de subsid. regn. C. 6. n. 58.* ne alteri per alterum conditio iniqua inferatur *l. 74 ff. de R. J.* sed si debitor quidem solverit, aliud tamen quam promiserat, & hoc facto peteret a Iudice Apocham, danda ne erit? Quod negandum est maxime: quoniam aliud pro alio invito creditore non debet solvi *l. 2. de reb. cred.* etiam si melius fuerit, quia invito ad rem obligatam jus non est auferendum, nec nomen insolutum recte datur *l. 16. C. de solut:* nisi fiat vel conventionem, vel ex favore rei, vel ex necessitate, vel ob pertinaciam Creditoris, in quibus casibus si Iudex aequitatem viderit, dubium non est, quin apocha, etiam refragante creditore, dari possit Zoësius *ad tit. de solut. ff. n. 17.*

Thes. XIV. De privata Apochâ, quae discursus nostri praecipuus scopus est, antequam aliquid dicamus, considerabimus personas, quae legitime ac cum effectu Apocham conficere possunt, Atque ita hanc constituimus Regulam: Omnes ii, quibus jure solvere possumus, Apocham dare non prohibentur. Ubi ante omnia notandum, vocabulum solutionis generaliter quemvis actum significare, quo debitor ab obligatione, quae creditori devinctus erat, liberatur *l. 176. de V. S l. 52. l. 54. de solut:* Proprie ac specialiter accipitur pro pecuniae vel alterius rei debita naturali praestatione *princ. Inst. q. m. toll: obl. l. 49. l. pen. de solut.* Mollenbec. *cent. 3. n. 54.*

Thes. XV. Arcentur ergo a datione Apochae quidem NATURA, quidam LEGE. Naturâ arcentur vel (1) ob defectum aetatis

ætatis, ut infantes, septennio minores, Infantia proximi perfectio intellectu, & inde promanante consensu destituti §. 9. *J. de in util. stip. l. 6. ff. de acq. hered.*: II. Ob defectum animi, ut furiosi, & mente capti, omni voluntate, ac consensu privati, nisi dilucida habeant intervalla. Quibus assimilamus etiam ad mentis usque alienationem inebriatos *c. sane, 7. caus. XV. quest. I c. 14. de vitâ & honest. Cleric.* Hi quoniam nesciunt quid agant, contra sua propria commoda facile laborare, sibiq; minus rectè prospicere possunt. Quin verò actum illum, postquam ex halarunt crapulam, ac hesterni contractus jam certiores facti, rati habitione confirmare, imò redintegrare possint dubium non est. Furiosus verò nullum plane contractum celebrare potest *l. 5. de R. J.* & quamvis accidat, ut id quod egerit prudenti maximè conveniat, irritum tamen habetur, modo de furore liquidò constet *Decius add. R. n. 2.* Sed objicias: in multis juris articulis furiosum cum pupillo æquiparari, super solutionem igitur pecuniæ Quittantiam dare penitus prohiberi non debere. Ratio verò diversitatis est hæc: quod furiosi omni modè mente carent, §. *præter: Inst. quibus non est. permiss. f. t.* In pupillo verò aliquid intellectus adhuc est, crescentisq; iudicii semina reperiuntur, unde, ut pro pleno repræsentetur, tutoris iudicio adjuvari potest. quod verò penitus nullum est, non recipit quoque adjuvamentum. Non entis enim nullæ sunt qualitates, nulla accidentia. *Ramius in Enchirid. Reg. Jur. l. 2. axiom. 44. Günzel. ad. d. r.*

Theſ. XVI. LEGE quidam prohibentur suscepto debito debitorem liberare ob malos mores, & quidem PRODIGI, magistratus decreto tales declarati, quoniam bona dissipando substantiam suam exhauriunt, nec finem expensarum habent *leg. 1. §. 1. Str. ff. d. curat. fin. & aliis* hi sine Tutoris auctoritate contrahendo, aliis nequidem naturaliter obligantur, & hæcenus æquiparantur furiosis *l. 6. de V. O. l. 40. de R. J. l. 70. §. 4. de fide juss.* alios tamen sibi efficaciter obligant, & in hoc comparantur pupillis, ac minoribus *l. 9. §. 7. de reb. cred. l. 3. C. de restit. in integr.* quia scilicet ubi rem suam meliorem faciunt,

B 2 non

non sunt prodigi *l. 3. de novat.* similiter adhibito curatorum consensu, aut quando actio ex ipsa re venit, obligantur *l. 51. §. 1. de acquir. hered.* vid. Magn. Dominus Struve *Exerc. 16. §. 38.* Sed dicis: recipiendo debitum melior quoque redditur nostra conditio, præstat enim inherere ipsa re, quam debitorem in iudicium trahere; Respond. periculosum hoc est, quoniam non præsumitur, quod sibi bene prospiciant: quippe qui pecuniæ nimium quantum inhiant, nomina exactè non exigunt modo habeant, quibus in præsentia sufficiat, futura minimè respicientes. Pupillis quoque; quamvis pubertati proximis, absque tutoris autoritate solvere non possumus *l. 5. ff. de solut. Schneidew. ad tit. 7. q. 1. l. vel non §. nunc admonendi.* liberatio ergò ab ista solutione si quæ facta fuerit, irrita habebitur. Carpz. *p. 2. Const. 15. d. 3.*

*H. Handmann
p. 5*

Thef. XVII. Sed an Mulieri solvere, & ipsa de solutione securum quæquam reddere possit, disceptatur adhuc. Jure civili uxor habebat liberam potestatem bona etiam immobilia donandi atque alienandi, nec requirebatur ad illud consensus aut præsentia mariti *l. velles & ibi Bald. C. de revocand. donat. Fasch ad Zobel. n. 22 p. 2. def. 22.* Secundum Jus Saxon. commune, quoque innuptæ foeminae, etiam sine curatoris autoritate solvi poterat; sed nuptæ sine tutore tutò non solvebatur Pingenger *q. 33. n. 11.* Magn. Struve *Exerc. 47. d. 72.* In foro Electorali Sax. etiam distrahendo contractum mulier consensu curatoris opus habet, quare nec super receptione pecuniæ, & debiti solutione sive consensu curatoris quietationem facere potest Dan. Möller *ad Constit. Elect. 15. n. 52.* Atque ita breviter tractavimus ubi cautio- ne sit opus apocham petentibus.

Thef. XVIII. Tutò solvimus, atque eo soluto quod debemus jure licet poscere Apocham (1) ab ipso creditore, cui nempe debetur, & cui distrahendi obligationem licentia est Zoësius *ad Tit. de solut. n. 6.* quamvis creditor ille sit criminis postu- latus *l. 45. §. 1. ff. de solut. l. 46. §. 6. de Jurefici,* excepto tamen eo qui conscientiam sceleris profugerit *l. 5. C. de requir. Reis & Reo Majestatis. l. ult. C. ad l. Jul. Majest. Magn. Struve Exerc. 47. §. 71.* (2) Ab alio utpote procuratore & actore *l. 12. l. 49. de solut.* (3) Ab eo qui solutionis causa in contractu adjectus est *l. 10. d. 1.*

Bronch.

Bronchhorst. cent. 4. ass. 64. etiamsi pupillus sit, in cuius manu pecunia minimè tuta est: nam stipulatori imputandum, quod huiusmodi personam stipulationi adjecerit Zoes. d. t. n. 12. (4) Ab eo qui juris autoritate pro creditore habetur ut Tutor & Curator, quo referri etiam possunt omnes officiales, Exactores tam tributi, censûs & vectigalium, quàm ærarii præfectus. l. 46. §. 5. de Admin. & peric. tut. l. 49. de solut. Ludw. disput. 14. th. 7. lit. c. add. Wes. Par. de solut. n. 4. (5) Nobis quoq; satis tutos reddunt filii familias de peculio suo agente nec non servi, qui mutuis dandis exigendisq; pecuniis præponi solent l. 7. §. 1. ff. quibus mod. pign. vel liberam administrationem habent l. 49. de solut. & seqq. de iurejur. l. 41. si cert. per. l. 26. §. de Condict. indebit; Freutl. vol. 2. disp. 29. thes. 2. lit. f.

Thef. XIX. Apocha, quâ creditoris insultûs debitor potest excipere conscribi potest, vel à manu DEBITORIS, vel CREDITORIS, vel TERTII cuiusdam. Nicol. de passerib. lib. 2. quæst. 8. Non levem parit suspicionem, quod aliquis conficit, quo suum quærit commodum, liberationemq; petit. Præsumitur enim quilibet sibi prospicere, ac propterea in propriâ causâ testimonium ferre nemo admittitur l. omnibus C. de testib. Nihilominus tamen pro scribente facit Quittantia, si trium testium signis est roborata l. scripturas C. qui potior in pign. hab. & si agatur cum imperito literarum quinque testes desiderantur, si præprimis libram auri contractus excedit Nov. 73. §. oportet. Zoesius in Côm. ad ff. de fid. Instrum. n. 7. In foro nostro probat scriptura pro scribente, si (1) pars adversa scripturam illam tacitè acceptet Möller. lib. 4. semest. 44. n. 2. (2) si partes convenerint, ut scriptura etiam pro scribente probat, Heig. p. 2. quæst. 3. n. 15. Atque id non ex eo, quasi partes tantam potestatem adscribere possint scripturæ privatæ; sed ob conventionem Carpz, in process. tit. 14. a. 5. n. 12.

Thef. XX. Sed anne privata Apocho quæ non subscriptionem testium vel partium habet; sed tantum juvatur depositione duorum vel trium testium inscriptorum, vel tantum nominatorum, qui duntaxat deponunt, se præsentis extitisse apo-

chæ confectiōni, non verò solutioni, plenam probationem inducat, hinc & indè controvertitur. Ad affirmativam inclinans Menoch. *de arbit. cas. 114. n. 19.* & And. Fachin. *lib. 1. juris contr. c. 30.* Negativam tamen cum Bartolo *in arch. de Instrum. Gaut.* amplectimur, quoniam testes maximè decipi possunt, dum non adsunt propriæ ipsorum subscriptiones, ex quibus antecedentium notitia præsumitur, Nicol. Januens. *lib. 2. q. 8. n. 156.* & quamvis verissimum sit, quod viderint apocham conficere, certi tamen esse nequeunt, quod illa apocha sit eadem, de quâ contenditur, & propterea in ejus recognitione facilè possunt errare. Quod si verò solutâ jam pecuniâ Quittantia conficiatur à debitore, ac creditori ad subscribendum mittatur, etiamsi testes non adfuerint, sufficiens robur ex subscriptione creditoris accipiet. In istis enim scripturis, quæ à parte dantur parti, consensus utriusque plenus est, & in liberationem debitoris, quia non contradixit, consensisse præsumitur creditor. Mascard. *conclus. 342. n. 117.* Nicol. *de pass. lib. 1. q. 3. n. 224.*

Thef. XXI. Longè securiores reddit debitores Quittantia ipsius CREDITORIS manu confecta, quia scriptura contra ipsum scribentem, ac in ejus præjudicium plenam probationem inducit. *in l. publ. §. fin. ff. depositi in l. cum taberna ff. de pignor. l. 31. ff. de Constit. pecun: Decius cons. 30. n. 22. vol. 1.* si nempe de jure hodierno recognitio accedat Carpzov. *lib. 111. tit. 8. resp. 79.* Nec semper requiritur subscriptio, modo sigillum sit appositum Dan. Moller *lib. 4. semestr. 43.* Johan. Köppen *Decis. 46. n. 41.* Matth. Berlich. *part. 1. conc. 36. n. 45.* sigilla enim contrahentium arguunt perfectionem contractus in Scripturâ contenti, Hartm. pistor. *p. 3. q. 37. n. 8.* & apponens sigilla censetur consentire in contenta Decius *in cap. 2. n. 31. §. 64. extr. de fide Instrum.* Quamvis etiam creditor integram apocham suâ manu non scripserit, modò eam subscribat, aut suâ manu scriptam esse agnoscat: videtur enim meâ manu scriptum quod ex voluntate subscriptum est *l. 15. §. item senatus ff. ad L. Corn. de fals. nec auditur, etiamsi contentorum*
igno-

ignorantiam allegare vellet, sibi enim, quod tam negligens fuerit, imputet Mascard. *Conclus. 347.* Sed si Creditor ob defectum chartæ, vel alterius materiæ, in quam conjicere posset apocham vel ob indigentiam hominum, qui solutioni præsentem esse queant, debitorem suum de soluto debito verè liberare vellet, sufficeret ne etiam post solutam pecuniam rogare testes, & iis præsentibus, solutionem factam esse confiteri? & sufficere asserit Conrad. Rittershusius *ad Nov. 90. n. 10.* quoniam audiverunt confitentem creditorem quam confessionem si in scripturam redigi curet debitor, solutionem suam optimè probare potest.

Thes. XXII. A Tertio quodam confici posse Apocham supra diximus, quæ quamvis à partibus sit solùm subscripta, nullo testium adminiculo corroborata, attamen plenam probationem inducit *l. 11. Cod. qui pot. in pign. Scaccia de Jud. lib. 2, c. 11. n. 1082.* quoniam subscribens scriptorum contenta intelligitur agnoscere & approbare. Joh. Köppen *decis. 46. n. 41.* Nec minorem probationem habet Apocha à tertio quodam scripta, & utriusq; partis mandato ab ipso subscripta. Non obstante illo statuto, quod scripturæ tertii minimè fides adhibeatur, Cravetta *Conf. 73. num. 1.* paria enim sunt scripturam fuisse, à partibus conscriptam, vel à tertio de voluntate & mandata ipsarum partium *l. 56. § 64. ff. de solut. l. 180. ff. de R. J. Günzel ad d. l. Nic. de passer. lib. 2. q. 18.* Minimè verò valebit Apocha conscripta à tertio quodam jussu debitoris certò affirmantis, pecuniam fuisse solutam, etiamsi testes præsentem fuerint scriptioni apochæ, quoniam hoc in loco præjudicium tertii maximè versatur, nec testes solutioni in quibus tota vis probationis consistit, inter fuerunt.

Th. XXIII. Ut ad omnem contractum celebrandum maxime requiritur Consensus, quippe qui negotiorum anima est *l. 1. § 3 ff. de Pactis* ita in ejus dissolutione abesse minimè potest *l. 8. l. 18. ff. de aquâ acq. plur. arc.* Non obstante, quod invito creditore, ut modo dictum apocham conficere liceat; fit enim illud modo plane extra ordinario ob moram, absentiam, vel
malitiam

malitiam creditoris. Ad Apocham igitur tanquam FORMA, maximè requiritur Consensus, & quàm primum facta est solutio, quæ GENERALITER quemvis actum significat, quo debitor ab obligatione liberatur, quâ creditori devinctus erat *l. 176. de V. S. l. 52. l. 45 de solut.* sive illud fiat COMPENSATIONE *l. 4. l. 10. l. 21. de compens. l. 4. qui potior in pign. vel CESSIONE l. 33. §. 3. de Usucapione.* Vel Acceptilatione, *§. 1. Inst. quibus mod. toll. obl. SPECIALITER & PROPRIE* verò significat præstationem realem pecuniæ, vel alterius rei debitæ *p. Inst. q. m. toll. oblig. l. 49 l. pen. de solut.* quàm primum, inquam, contentus factus est creditor, declarandus est ejus Consensus, de debitoris liberatione. Et nihil inter est, an illud fiat tantum subscriptione, an totius scripturæ confectione, an verò utrumque concurrat. Scriptura nuda etiam si subscriptio non insequatur, probat consensum *l. 28. in fin. ff. de pos. l. 26. §. 1. in fin. ff. de pign. arg. l. 28. C. de Testam.* Paria quoque sunt hoc casu scribere & subscribere. Magn. Dominus Richter *p. 1. dec. 29. n. 14.*

Thef. XXIV. Consensus liberationis colligi quoque potest ex SUPRASCRIPTIONE, quæ totum actum ad se trahit, ac idem operatur, quod subscriptio *Bart. ad l. 6. §. 6. n. 35 ff. de edend.* sufficiunt quoque hæc generalia: *Jch bekenne wie unten,* quoniam supra scribens etiam contentorum notitiam habere præsumitur *Befold. Thesaur præf. ad verb: Hand unterschrifft.* frequentissimè tamen hodiè habetur in Apochis subscriptio, atque illud est tutissimum, quia contenta omnia præscripta confirmare & approbare intelligitur *Mgn. Dominus Richter d. l. Brunnem. ad l. 2. C. de reb. alien.* si verò hæc desideratur, supplere potest eam sigillum *Masc. de probat. Conc. 49. n. 2.* Et sufficit etiam hoc in loco sigillum absque subscriptione *Carpz. in proc. Tit. 14. a. 2. n. 28.* Item in Jurisprud. *for. p. 1. c. 17. d. 21. n. 3.* aliàs, & quidem in mandato subscriptio maximè urgetur, sublata consuetudine, secundum quam sigillum solum mandato appositum sufficiens erat. Magnificus ac Nobilissimus Dominus Præses, Patronus, ac studiorum meorum promotor honoratissimus in notis ad Processum Elect. Sax. privatim communicatis.

Thef.

Thef. XXV. Consensus, qui decenti modò ita intervenit scribitur, vel in chartis, vel in membranis, vel in quacunque materiâ ad præsentandam scriptionem habili *arg. lib. 1. pr. ff. de bon. poss. secundum tabb. l. 25. C. de donat*: In Camerâ tamen pergamenum necessario requiritur *ex Const. Maxim. I. de anno 1512. §. und nach dem &c. Mynsinger 1. observ. 80.* Et materia illa in quam conjicienda est Scriptura sit munda *l. 17. C. de fide Instrum. Ummius Disput. 17. n. 13.* Nec interscripta sit alterius cujuscumque literis *arg. Nov. 18. c. 7.* Nec variet inscriptionum manibus *arg. c. 12. ext. de privil.* ubi verò substantialem non accidentalem varietatem volo. Usitatae sint literæ, quæ ita scriptæ, ut intelligi vix possint, pro non scriptis habentur *l. 2. ff. de his quæ pro non script. habent.* Postea NOMEN tam creditoris quam debitoris clarè debet exprimi *l. 25. de donat*: Dominus Brunnem. *ad l. Non solum APPELLATIVUM*, quoniam ex eo certitudo personæ non semper apparet, uti patet *ex l. 2 ff. de liber & posthum.* verum etiam PROPRIUM nomen, licet multiplex *arg. l. 14. ff. de fidei com. libert.* quin imò speciale nomen addendum est, cum omnibus indiciis, multæ nempe ambiguitates & dubia, ob nomina suboriri solent *l. 30 ff. de Test. Tut.* Certa quoque QUANTITAS est determinanda *l. 6. pr. ff. de R. V. l. 24. l. 26. §. 1. l. 28. ff. de pos. l. 25. C. de donat*: Nam si in APOCHÂ integra pecuniæ summa expressa non est, debitor minimè securus esse potest, quoniam partiales quoque dantur APOCHÆ. Et ut tam diu opponi potest executioni, quod debitum non sit liquidum, ita exceptioni, quâ debitor compellationi creditoris occurrere satagit, opponere possumus, quod certa soluti quantitas non fuerit expressa, *Jason in §. superest n. 86. Inst. de Act. Carpz. part. 1. c. 17 d. 39.*

Thef. XXVI. Contineatur quoque in APOCHÂ CAUSA sive TITULUS *l. 26. §. 1. ff. de positi. l. 25. §. fin. ff. de probat. l. 13. C. de non num. pec*: Non obstante quod Zoësius ad *tit. ff. de fid Instrum.* statuatur; liberatoriam confessionem sine causâ valere, Locum, id tantum habet in iis contractibus, qui in scripturam non sunt redacti. Nam sicut nuda ratio non facit debitorem

C

bitorem

bitorem l. 9. §. fin. ff. de pecul. & Instrumentum debiti non probatur, nisi etiam de causâ debiti indè appareat, c. si cautio extr. de fide Instrum: ut porrò instrumentum obligationis non est validum, & ad probandam intentionem utile, si causa debendi non additur Magnif. Dominus Schröter P. P. in celeberrimâ Salanâ, & quondam Præceptor meus fidelissimus. Diss. 14. apb. 67. sub. f. Ita minimè se tueri poterit debitor eâ APOCHÂ, quæ causam & titulum in se non continet; sed creditor eam facile potest arguere fraudis. Ne tamen cautio illa planè invalidetur, sufficere putant DD., si de causâ illâ modo per conjecturas constare possit, utpote si in liberatione fiat mentio solutæ pecuniæ debitori quondam creditæ, Mascard. de probat. Conclus. 345. num. 51. Hartm. Pistorius observ. 39. Carpz. p. 1. C. 17. d. 39.

Thes. XXVII. Quoniam inhonesta, atque ea quæ pietatem lædunt, quæque contra bonos mores sunt, nec in pactum, nec in stipulationem deduci possunt l. 4. C. de inutil. stipulat. Zasius in l. 26. ff. de V. O. spontè fuit ex eo qualis causa debeat esse. His ergò ita positis satis tutum se poterit reddere debitor, si Quittantiam hoc modo scribat: Ego Titius profiteor P. Mœvium mihi solvisse decem, quæ debuit mihi ex Testamento Seij, Lutetiæ Parisiorum. Cujac. lib. 18. c. 2. obs. 22. Sed desiderabit hic aliquis diei adjectionem? hæc de necessitate non est: quoniam in privata scriptura solennis forma non requiritur. Magn. Struve Exerc. 28. tb. 27. nec ob defectum solennitatum impugnari posse scripturam, putat Ulmius Diss. 17. n. 22. Quod verò ad evitandas varias contentiones adjectio temporis admodum utilis sit, nemo ibi inficias. Nam si ex die apparet, quod debitor eo tempore solverit, quo creditori bonis interdictum fuit, pecuniam non fecit accipientis, atque ita à fisco, vel hæredibus creditoris conveniri potest.

Thes. XXIX. Testium subscriptionem quod attinet, illa de APOCHÆ essentia neutiquam est, quia satis probat privata scriptura contra scribentem Hunn. Encycl. p. 2. t. 18. c. 4. Magnif. Struve d. l. thes. 24. Ob utilitatem verò minimè negligenda est, quoniam debitorem in probatione solutionis
non

non parum adjuvant, & iis adhibetur quoque fides: quippe qui nullum ex inde sperant commodum, nec æternæ beatitudinis præsumuntur immemores. Quales autem debeant esse testes, nobis etiam tacentibus, docet *l. 5. C. de testibus*, cui si adjunges celeberrimi Jurisconsulti Brunnemanni explicationem non habebis, quod desideres. Sed an is, qui à partibus ad conscribendam apocham est vocatus, testis esse possit, quaeritur? Id quod affirmo si ad id specialiter nempè sit rogatus *arg. l. 27. ff. de test. auth. rogati C. de testib.* Factâ solutione reddenda est etiam debitori obligatio (die Schuldverschreibung) quamvis jam habeat quietationem, ad utrumque enim tenetur creditor, Brun. *ad l. fin. C. de solut.* Nam si remanet penes creditorem, posset iterum ipse, vel ejus heredes vigore Instrumenti debitorem ad solvendum, amissâ scilicet facultate probandi solutionem, seu liberationem cogere Modest. Pistorius *Cons. 27. q. 2. n. 58.*

Thef. XXIX. De EFFECTU Apochæ, antequam aliquid dicatur notandum est, quod probatio cujus finis ea est, sit vel PLENA, vel MINUS PLENA. Plena tantam fidem facit Judici quanta ad finiendam controversiam sufficit. Minus plena, est illa, per quam rei gestæ aliqua fides fit Judici, non verò tanta, ut jure possit sequi eam in sententiâ dicendâ, itaque jurejurando est supplenda. Ejus species vid. apud Magn. Dominum Hahnium *ad Wesenb. parat. n. 4. deprobat*: Quod itaque attinet Publicam Apocham, hæc si solenniter facta & data, supponit realem solutionem, & rationum discussionem præcessisse, cum non prius solventi detur, quam relata descriptaque sit in rationum publicarum libris; facit ergò plenam fidem, Perez. & Brunnemann *ad l. 2. C. de Apoch. publ.* Felinus in *cap. cum causam 13. extr. de probat. n. 7.*

Thef. XXX. Quasi publica, nec non forensis, & quæ ex archivo est deprompta, si modo instrumenti nomine veniat, pararam habet executionem, Ummius *ad Process. Disput. 17. n. 22.* Matth. Berlich. *p. 2. Decis. 184.* Adeo, ut si scribens Judici recognitionem imponenti non pareat, pro confessis & recognitis haberi debeant. And. Gail. *lib. 1. Obs. 80. n. 6.* Joh. Köppen *Decis. 46. n. 33.* Matth. Coler *de Process. Execut. p. 3. c. 1. n. 101.*

Churfürstl. Sächs. Process Ordn: tit. 25. §. weil es anch. Berlich.
d. Decis. 284. n. 28. Nec de jure civili recognitione opus habent,
aut si quis vult. cautè C. qui potior in pign. quod tamen hodiè mu-
tatum, Berlich. pare. 1. Conclus. 44. n. 31

Thef. XXXI. Merè privata Apocha considerari potest, vel
ut non RECOGNITA & non verificata, vel ut RECOGNITA,
& verificata. Apocha non recognita nullam facit probatio-
nem, ne semiplenam quidem, Cravetta de antiq. tempor. §. vis.
n. 6. Carpz. p. 1. c. 17. d. 12. n. 1. Instrumentum enim de cujus fi-
de disputatur ac non plenè constat, plenam fidem non facit, c.
2. extr. de fide Instrum. l. 13. l. 14. C. de probat: Nisi (1) superveniat
illud quod ipsam quasi publicam efficiat, ut Archivum, Carpz.
p. 1. c. 17. d. 38. n. 3. & alia. (2) nisi Consuetudine comproba-
tum sit, ut chirographo non recognito habenda sit fides, quæ ea-
nim vetus consuetudo probat, tolerabilia sunt l. 13. in fin. ff. de
pollicit. Non autem probat Apocha, si partes inter se convene-
rint, ut etiam eadem non recognita, stetur, Quoniam privata
plenam fidem non facit, nec licet pactis privatis publicas con-
stitutiones immutare l. 38. ff. de pactis l. 45. ff. de R. J. Idq, opti-
mo jure sic obtinet, possent enim fictitiæ forsan scriptiones; &
adulterina sigilla supponi, quibus præcavendis apochæ produ-
ctæ recognosci debent. Quomodo autem hæc recognitio fieri
debeat vide fusè Berlich. p. 1. Conclus. 84. n. 97. & seqq. Colerus
de Process. Execut. p. 3. c. 1. n. 124. & seqq.

Thef. XXXII. VERIFICATIO Apochæ est per legitimos
modos probatio, quando nempe de veritate ejus dubitatur. Hæc
fit vel per TERTIUM, vel per TESTES, vel COMPARATIO-
NEM literarum. Per TERTIUM scil. scribentem si nempe re-
cognoscat scripturam, & confiteatur cujus mandato scripserit.
Scripturæ enim si res postulat, per ipsum Autorem probari de-
bent l. 21. C. de fid. Inst. Et ut Instrumentū publicum per Notarium,
l. Tabellionem verificatur, sic non obstabit quo minus Instrum.
privatum per scriptorem approbari possit, cui accedere quoque
potest ADNUMERATOR, qui mandato alterius creditori solu-
tionem fecit, per TESTES quoque justificari potest, qui aut sub-
scripti

scripti sunt, aut non. Qui non subscripti sunt quietationem probabunt, si dixerint: Cognitam esse manum Creditoris, & scripturam per omnia esse similem scripturæ ejus. Subscripti magnam fidem faciunt, præprimis si tres sint. Instrumentum enim privatum tribus, subscriptum testibus privilegii Instrumenti publici gaudet *l. 11. C. qui post. in pign. & Brunnemann ad d. l. Nov 117. c. 2. C. 15. c. 16 qv. 3. extr. de test.* Et has scriptiones, una cum sigillis, si quædam apposita fuerint, mediante juramento recognoscere compelluntur, quia in testium jurejurando vis, & potestas attestationum consistit *l. 9. C. de test.* Carpz. in eodem *planè casu p. 1. c. 17. d. 12.* Verificatur quoque Aposta per COMPARATIONEM LITERARUM *l. 20. C. de fide Instrum.* quæ fit per institutam scripturarum collationem, quæ ex unâ scripturâ verâ, & probatâ, ob similitudinem literarum arguitur de veritate scripturæ controversæ. Umm *Disput. 17. n. 27.* illa scriptura verò necesse est ut à testibus sit subscripta, vel ex archivo publico producta Köppen *decis. 46. n. 37.* cætera requisita vid. apud Carpz *lib. 3. tit. 8. Resp. 84.* & Brunnemann ad *l. 20. autb. ad hanc C. de fide Instrum.* Non obstante auctoritate Cujacii in *Nov. 49. n. 12. lit. e.* qui ad eam, quæ comparanda est, testium subscriptionem quoque requirit. Ita enim si illa se habeat suo valore, non adhibita prius comparatione, probaret. *l. 11. C. qui pot. in pign.*

Thef. XXXIII. Sed hæc de Authentico, sive Exemplari vobis dem Original oder Haupt-Quittung. Hoc si forsan esset omis- sum, exemplis (Copien oder transsumtis) minimè probari licet *per text. in c. 1. extr. de fide Instrum. l. 2. ff. eod. tit. autb si quis in aliquo documento C. de Edendo siquidem copia Instrumenti, absque originali suspicionem falsi parit Coler. p. 3. c. 1. n. 49.* Imò ne quidem summus Princeps exemplis, seu transsumtis fidem adhibere potest Umm. *Disput. 17. n. 38.* Quæ conclusio aliquot limitationes tamen patitur, & creditur non raro Exemplis etiam nondum viso protocollo, nec originali (1) quando Exemplum inter acta judicii & processus ab ipso originali apud Judicem producto reperitur. *Mynsing. Cent. 6. observ. 75. n. 1. Carpz. p. 1. c. def.*

c. 1. def. 38. (2) si ex archivo depromatur *Nov. 49. c. 2. Bornit. de de fid. Instrum. lib. 3. c. 3.* cui contradicit Magnif. Dominus Struve *Exerc. 28. th. 31.* statuens non sufficere exemplum in archivo reconditum: solam enim custodiam vel locum nihil conferre ad fidem faciendam. Sed puto novum intelligi hoc loco exemplū chartā minimè insutā conscriptum. Carpzovius verò intelligit antiquam atq; eò casu præprimis, quo veritas aliter haberi non potest, & petens à limine iudicii aliàs esset excludendus (3) hoc loco probat, quando scil. ex Tabellionis Protocollo, in quod solitus est ruditer conijcere instrumenta, ipso forsan mortuo, aut absente, tenor instrumenti secundum requisita à Mynsing. *d. observ. enarrata* descriptus est, quoniam magna fides adhibetur Protocollo. Carpz. *d. l. def. 4.* (4) si Exemplum autoritate Iudicis utrâque citata parte factum sit. *Brunnem. ad l. 7. C. de edendo Vm, Disput. 17. n. 38.*

Thef. XXXIV. Dicitur est superius Instrumentum liquidum Publicum, quoniam etiam privatum habere hodiè paratam executionem, idq; attestantibus Carpz. *p. 1. c. 17. d. 32.* Coler. *de Process. Execut. p. 2. c. 3.* Magnif. Struve *Exerc. 28 th. 30.* Id quod tamen ita intelligendum ut RECOGNITIO semper præcedat, non obstante quod in Iudicio summarissimo nullo juris ordine servato, & summarie tantum procedatur *Gail. lib. 1. Observ. 7. n. 5.* & quod probationes à Iudice tantum ex officio, ad ipsius informationem meliorem recipiantur, ergò quales quales sufficiant *Prückman vol. 1. Conf. 23. n. 19.* *Modest. Pistor. vol. 1. Conf. 51. n. 16.* Nam informatio Iudicis ex documentis, non excludit eorum recognitionem, sicut etiam informatio Iudicis ex depositione testium, non excludit eorum iuramentum, ac proinde ut testis absque iuramento legitime non probat, ita nec instrumentum absque recognitione legitimam facit fidem, *Finckelthuis observ. 117.*

Thef. XXXV. Et quanquam nec in jure civili, nec foro Imperii nec in generali terrâ Saxonica usu recepta sit, *Milanus decis. 8. n. 238.* In foro tamen electorali adeò est necessaria, ut quantumvis à partibus ei sit renunciatum, omitti tamen minimè

mè possit *Carpz. in proc. tit. 14. art. 2.* Nec moratur hanc conclusionem Coleri assertio *p. 3. c. 1. n. 137.* dum scribit: si fuerit conventum inter partes, ut scripturæ plena fides adhibeatur, etiam privata non recognita, omisâ recognitione, in causâ ulterius ad sententiam, & executionem procedendam esse. Periculosa est enim hæc assertio, quia sigilla adulterina fictitiæq; subscriptiones alterius nomine supponi possunt *Bartol. in l. 6. scripturas ii. C. qui pot. in pignor.* optimâ ergò nititur ratione hæc consuetudo Saxonica, quod quilibet scripturam contra se productam, absque juramento recognoscere, vel mediante Jurejurando diffiteri teneatur. *Ord. process. jud. Elect. Sax. tit. 25.* Etsi negaverit Instrumentum contra se productum, negativa illa assertio juramento confirmetur. *Dan. Möller. lib. 4. Semestr. 43. n. 2.* Videtur insuper hoc durum, quod recognitio præstanda sit, si alterius manus, alienaqve scriptura producat, cum tamen *auth. contra qui propriam C. de non numer. pecun.* tantum de scripturâ propriâ loquatur. Obtinuit tamen usu, ut ad petitionem Actoris, Reo passim injungatur recognitio scripturæ, etiam alienæ, modò verisimiliter appareat, ipsum notitiam ejus habere posse, *Hartm. Pistor observ. 196. Bursat. Cons. 39. n. 23.* Ampliatur hæc conclusio quoq; adeò, ut quamvis cum literarum imperito nobis sit negotium, maximè tamen necessaria sit recognitio, ubi sufficit, si, scripturæ tenore percepto, illam de suâ voluntate confectam esse, asserat. Ejusmodi enim recognitio est instar confessionis, quam sequitur condemnatio *l. post rem 56. ff. de re jud.* Colerus *de process. execut. p. 1. c. 3. n. 99.*

Thes. XXXVI. Quod hætenus de valore, ac efficaciâ A-pochæ dictum est, non eâ ratione intelligimus, quasi debitor, si eam accepisset quasi in utramvis aurem dormire posset, certò persuasus nullo modo fidem ejus posse infringi. Tantum enim abest ut ejusmodi sit valoris, ut potius exceptiones, eæque non paucæ reperiantur, quibus eam annihilare possumus. Ne vero crambem reponamus bis coctam, quoniam de publicâ A-pochâ jam multum dictum est in antecedentibus, locuturi sumus tantum

tum in hac thesi de privatâ, Cui opponi possunt, præcipuè qua-
tuor. (1) Exceptio nonnumeratæ pecuniæ, (2) quod sit rafa, at-
que cancellata, (3) quod falsitatis argui possit per alia Instru-
menta, (4) quod testibus contrarium planè deponentibus, fides
ejus infringi possit.

Thef. XXXVII. Exceptionem non numeratæ pecuniæ du-
plicem esse, patet ex Zangeropart. 3. c. 14. Prima competit de-
bitori adversus creditorem, quando Chirographum datum est
spe futuræ numerationis, nihil autem solutum, quæ regulariter
biennium durat, l. 14. in contractibus C de non num. pec. Nisi o-
nus probandi debitor in se recipere velit, quo casu etiam post
illud tempus audiendus est, Carpz. part. 1. C 32. def. 66. secunda
species, quæ hujus loci præcipuè consideranda venit, datur cre-
ditori adversus debitorem, ita tamen, ut non biennium inte-
grum; sed XXX. dies ad eam opponendam, indulgeantur d. l.
in contractibus 14. §. super ceteris 2. ibiq; Brunemann C. de non
num. pecun. Non enim tanta est aviditas Creditoris pecuniam
suam recipiendi, quanta debitoris mutuum anhelantis, Joh.
Harprecht ad tit. de verb. oblig. n. 58. Zanger de Except. p. 3. c. 14.
n. 25. Ideoque etiam spatio XXX. dierum elapso, creditor hanc
exceptionem in tantum amittit, ut omninò cautione sua stare
cogatur, nec amplius audiatur, etiam si onus probandi, pecuni-
am solutam non esse, in se recipere velit d. l. 14. §. 2. ibiq; Scharf
n. 5. Zanger d. l. n. 30. & 31. Perez. in Cod. h. tit. n. 4. Eaque est
D. D. communis sententia à qua, ex liberationis favore non re-
cedendum. Dn. Carpz. p. 2. c. 29. def. 19 l. 2. Resp. 90. n. 12. in
Process. tit. 22. a. 3. n. 54. Excell. Dominus Philippi in usu pract.
Inst. lib. 3. Ecl. 67.

Thef. XXXIIX. Sed si creditor negaret, hanc Apocham
concernere totam summam, sed tantum partialem esse ex sua
intentione: se Chartam blancam (ein Blanquet) dedisse qui-
dem, sed in absentia suâ fuisse factam extensionem, consensum
ergò deficere poteritne liberationem illam infringere? Et vide-
tur quod sic 1. quia ignorans & non consentiens extensioni in-
strumenti non obligatur l. filius fam 8. §. 1. ff. de procur. l. Distr-
hente

bente 2. C. de Reb. alien. non alienand. ibique Brunnem. (2) non obligatur Instrumentum subscribens & non relegens l. 3. ff. de Ref. vend. l. si falsum 5. C. plus valere, quod agit, ibiq; Brunnem. Matth. Berlich. p. 1. concl. 44. n. 11. Negativa tamen assertio firmiori statuto, præsumtio enim militat contra scribentem, vel sigillantem, quod instrumenti tenorem cognoverit, atque ita approbaverit, arg. l. 2. §. inspectio 5. ff. de Testam. quemadmod. aper. Dominus D. Philippi in usu Pract. Instit. lib. 3. Eclog. 56. Ignorantia quoque, quam creditor hoc loco allegat est nimis crassa & supina, quæ minimè excusat, cum ea omnia scire potuisset, Gail. lib. 2. obs. 48. Finckelthuf. obs. 6. n. 14. Statur ergò Instrumento, donec legitimè probetur contrarium.

Thef. XXXIX. Refutatur quoque una Aponcha per aliam: quod fit si privata & publica simul proferantur, & eo casu prævalet publica privata, quia potior l. census ff. de testibus. Zoelius ad tit. de solut. ff. n. 13. Nisi super privata confectum instrumentum, atque à tribus testibus illud subscriptum fuerit, eò enim casu æquiparatur publicæ quittance Gabriel de Probat. Conclus. 11. Brunnem. ad l. 11. C. qui potior in pign. Consideratis tamen circumstantiis, cui major habenda sit fides, videbit Judex. Et si instrumenta unius autoritatis publicæ nempe, vel privata, proferantur, quæ invicem ad eò sunt contraria, ut conciliationem minimè patiantur indistinctè sunt rejicienda l. 14. C. de fide Instrum. Bornit. de Instrum. l. 2. c. 5. Si duo quoque reperiantur, quorum unum totalem, alterum partialem continet liberationem, fortiter colligendum, primam Quittance spe saltem futuræ numerationis fuisse elicitam, atque ita per posterius Instrumentum annihilari, Salycet: ad l. 2. C. de non num. pecun. Hartm. Pistor. p. 4. q. 12. n. 15. Carpov. p. 1. c. 32. d. 67.

Thef. XXXX. Imminuitur porrò fides Aponchæ per Testes; quando iis creditor demonstrat, illud minimè fuisse solutum, quod solvendum fuit, vel falsum aliquod commissum vel simulationem esse factam tot. tit. Cod. plus valere quod agit ibique Perez. Nec quittance Consensu, & voluntate sua constare

D

stare

stare l. 6. C. de solut. & liberat. Et hoc licebit intra xxx dies, aliàs per testes & modum probandi ordinarium minimè impediri potest executio, id quod tamen concessum est, quando debitor adversus Creditorem agit hác exceptione, modo id fiat incontinenti Carpz. p. 1. C. 32. d. 67. Quando deinde quæritur, quot testibus id efficere liceat, distingvendum puto inter privatam & quasi publicam, illa, sinempe nullis testibus præsentibus sed tantum creditoris manu sit conscripta, duobus extraneis refutari, atque contrarium probari potest c. cum à nobis 28. extr. de testibus l. 9. C. de test. Quod si vero testes etiam adscripti fuerint ad confirmandam APOCHÆ fidem, eò casu per duos testes, quamvis sint omni exceptione majores, modo non sint illi, qui subscripserunt, minimè destruitur apochâ, præsumtio enim militat pro Instrumento, Zoësius ad tit. ff. de fide Instrum. n. 14. Nec vitabitur hoc modo quasi publica, quoniam standum est potius instrumento, quam testibus propter Notarii fidem, & Juramentum, pro quo, si sit bonæ famæ, præsumtio juris est, propter publicum officium, quod benè & fideliter exercuerit, Specul. de Instrum. edit. §. 8. n. 10.

Thes. XLI. Cancellationem, ut ita loqui liceat, vel rectius deletionem APOCHÆ fidem infringere, non promiscuè asserendum. De Chirographi deletionè quidem verum est, illud argui solutionem, si penes creditorem deletum inveniatur l. 24. ff. de probat. Anton. Faber in Cod. lib. 8. tit. 29. def. 1. n. 1. ; sed quamvis creditor cancellatâ apochâ demonstrare vellet negocium liberationis non fuisse perfectè absolutum, nec totum debitum solutum: Eum vix audiendû esse puto, quoniam in potestate ejus fuit, ut cancellaret, aut non. Quod si verò creditor chirographum adhuc penes se habeat, & apocha reperiatur cancellata apud debitorem, qui tamen eâ ipsâ solutionem probare conatur, de imperfecta solutione maximè conjicere licet, non enim præsumitur, quod corrumpendo scripturam sibi ipsimet fuerit injurius. In quo casu tamen ob circumstantiarum varietatem, quarum etiam una rem variat, nihil quicquam certi statuendum. Rasura quoq; , æquè ac litura Quittantiam falsitatis arguit, etiamsi ab ipsâ scribentis manu facta fuerit Farin.

q. 151. præprimis si sit in loco suspecto, Menoch. *presumpt.* 20. n. 10. Aliàs ut rasura in loco minimè suspecto testamentum non vitiat Carpz. p. 3. C. 3. d. 5. Brunnem *ad l.* 12. C. *de testam.* Ità minimè destruet Apocham. Qua ratione expræsumtionibus aliis utpote diversitate Characterum, atq; manus, cautelis insuetis, defectu loci & temporis, nec non aliis conjecturis, falsitas argui, & apochæ fides ita conjunctim infringi poterit.

Thes. XLII. Accidit non rarò, ut ex incuriâ debitoris Apocham vel à muribus, aut vermibus patiatur damnum *arg. l.* 1. §. *fin ff. de bon. poss. secundum Tabb.* Hoc si in parte substantiali fuerit factum, ita ut legi nequeat, aliæ quærendæ sunt probationes. c. 7. *extr. de relig. dom.* Adversus delentem autem, vel lacerantem potest creditor intentare actionem ex *L. Aquil. l.* 41. *pr. ff. ad l. Aquil.* Ubi etiam contra amoventem, actionem furti *l.* 27. *pr. ff. de furto.* Ob apocham verò planè omissam, non intercidit statim obligatio, cum aliis modis judici possit fieri fides *l.* 4. *l.* 1. *l.* 7. 10. & 11. C. *de fide Instrum.* Non enim ad substantiam contractus, sed ad rei gestæ fidem pertinet scriptura, Magn. Struve *Exerc.* 28. *tb.* 34. Brunnemann. *ad l.* 1. C. *de fide Instrum.* Hinc si aliunde possit probari solutio, amissio apochæ ne minimum quidem nocet debitori *l.* 5. *ff. de fide Instrum. l.* 17. *de pact. C. l.* 19. *de R. V. C. l.* 4. *priv. c. de comm. dividund.* Carpz. p. 4. e. 18. *def.* 15. Quod si verò Chirographum datum, atque ita contractus inscriptis fuerit inchoatus duo probanda sunt (1) de populatione, furtum, incendiū vel aliud malum, quod causam hujus amissionis dedit *l.* 5. C. *de fide Instrum.* (2) Contenta, vel debitum, atq; id tantum duobus testibus etiam si plures fuerint in Instrumento, Brunnem. *add. l.* 5. & *in Process. civ. c.* 19. n. 18. Si perierit incendio, atq; solutio nullâ alia ratione probari potest admitendus est creditor ad juramentum, Carpz. p. 4. c. 18. *def.* 15. Hinc sibi optimè consulit, qui ad solutionem testes vocat, qui videant actualem numerationem, ut, si opus sit, eandem per testes probare possint. Schneid. *ad Instit. tit. de lit. oblig. n.* 20. Et de hoc in præsentiarum dixisse sufficiat. DEO ter Opt. Max. pro concessâ suâ gratiâ, & beneficiis aliis innumeris sit Laus, honor & gloriâ.

Augustæ Themidos quid firma ligamina solvat,
nervoso calamo promere ritè paras;
Et mercatorum ritu grassatus ad alta
Ingredere portum, jura polita ferens,
Immortale lucrum capies pro mercibus almis,
Grande decus patriæ, commoda pulchra Tibi.

Ita Clarissimo Domino Auctori eximium in Jure specimen ex animo gratulabatur.

Lic. Godofredus Strauß /

Sein edle Wissenschaft / und offigelobter Fleiß
wird sarsam hier bekant / dein herrliches Gemüthe
Lobt ieder / und darumb verspricht des Himmels Güte /
Zu geben einsten dir erwünschten Ruhm und Preis.

Dieses wenige setzte aus wohlmeinenden Gemüthe seinen treuwerthesten Freunde
Glückwünschend hinzu
Carl Augustus von Neirschitz.

Sein wohlbekannter Fleiß
Brich nun mit vollen glänzen aus /
Und nimt ihm selbst den langverdienten Preis /
Er darff nicht fremder Cronen /
Die Tugend kan ihr selbst am besten lohnen /

Hans Caspar von Löß /


Si facile est ex jure apochas exponere juri
Difficile est apocham reddere posse datam.
Scilicet hoc, Hillmanne, tuum est: de jure recocto
acceptas apochas lux hebetanda videt

His paucis Gratulabatur

Augustus Adolphus de Haugvitz,







Wittenberg, Diss., 1667


ULB Halle
004 716 299

3



Witten







B.I.G.

Farbkarte #13

Max. Auspice!

JURIDICA

HIS,

regio approbante, sub

atq; Amplissimi

S ZIEGLERI,

nâc Academiâ famigera-

ni Electoris Sax. Consilarii,

ii, nec non p. t. Decani,

i. Eccles. & Scabinatûs

i, dignissimi,

sui plurimum observandi,

xamini submittet

Notar: Publ: Cæsar:

Lusat:

ctorum,

no M. DC. LXVII.

ERGÆ,

cuidebat MICHAEL MEYER,

4.
15

1667

1700